

- post cochos alicui persone contra // formam statutorum civi- 106 B
tatis Tergesti; et acusis ipsorum adhibeatur plena fides, et
habere debeant tertiam partem condempnationum factarum
occasione suarum acusionum. ¶ Item denuntiare et acusare
5 omnes, quos invenerint portare sive portari facere aliquam
victualiam sive victualias extra civitatem Tergesti contra for-
mam alicuius statuti, et ipsas victualias accipere portantibus
sive portari fatientibus, et dominio Tergesti eas presentare et
consignare, et habeant medietatem omnium victualium per
10 ipsos vel aliquem ipsorum sic inventarum vel acceptarum.
¶ Et quod ipsi custodes durante eorum offitio sint et esse
debeant exempti ab omni alia custodia noctis civitatis Tergesti,
ac etiam custodia ianuarum civitatis de die. ¶ Item asociare
militem domini potestatis, quandocunque iret extra civitatem
15 Tergesti pro exequendo aliquod iudicium sententiatum per po-
testatem Tergesti.

Cap. LXVIII. De custodibus silvarum et cen-
tum ellectione et de eorum officio. R.ca.

- S tatuimus quod iudices qui fuerint pro tempore introitu
20 sui regiminis eligant sexdecim custodes silvarum, scilicet
quatuor pro contrata, qui custodes sic electi habere debeant
de bonis suis fixis valoris ducentarum libr. par. pro ¹⁾ quo-
libet ipsorum, et aliter esse non possint, et qui non sint suditi
alicuius persone, qui custodes electi durent in dicto offitio per
25 quatuor menses. ¶ Et qui- // cunque fuerit electus custos 107 A
silvarum renuntiare non possit, sub pena decem libr. par., et
nichilominus sit custos, et quicunque fuerit ²⁾ custos silvarum
quatuor menses, subsequentibus aliis quatuor mensibus esse
non possit. ¶ Qui custodes acusare debeant quascunque perso-
30 nas quas inveneri[n]t in ortis vineis canpis pratis silvis venis et
farnetis comunis hominum Tergesti, et etiam in vineis canpis
pratis hominum civitatis Tergesti positis in vale de Mocho, et
etiam in cereto comunis dampnum inferentes contra formam

¹⁾ *pro-ipsorum* aggiunta marginale.

²⁾ *fuerit custos* aggiunta marginale.